

Jacob Lembke

**Rector Universitatis Rostochiensis, Jacobus Lembke/ I.U.D. & Antecessor, Ad
Exequias ... Puerulo, Johan. Danieli Quistorpio, Tanquam unico dilectissimoque
Filiolo, Abs Tristissimis Parentibus hodie parandas Omnes Omnium Ordinum ac
Dignitatum Cives Academicos studiose humaniterque invitat : [P. P. Ipsa
Exequiarum die, XXIII. Februar. Anno M DC. LXXXIII.]**

Rostochi[i]: Keilenbergius, [1683]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776780611>

Druck Freier  Zugang



Lembke, J.,

in

J. D. Qvistorp.

Rostock. 1683.

56.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,
JACOBUS *Gembke*,
J. U. D. & Antecessor,

Ad
Exequias

LECTISSIMO OPTIMÆq; INDOLIS PUERULO,

JOHAN. DANI-
ELI QVISTORPIO,



Tamquam unico dilectissimoque
FILIOLO,

Abs

Testimoniis PARENTIBUS
hodie parandas

Omnes Omnia Ordinum ac Dignitatum CIVES
ACADEMICOS studiosè humaniterque
invitat.

ROSTOCHI,
Typis Vidua B. FRIDERICI KEILENBERGII, Univ. Typogr.



Vō soleant Parentes amore ac æstimio proseqvi filios, si unici in primis, bonæqve spei fuerint, qvi pensitaverit atten-
tiūs, indici hodiè mœstissimum.
funus, & solatum optimorum.
Parentum ab Exeqviatorum
qvoqve frequentia decenter sollicitari, non mi-
rabitur. Qvamcunqve enim placeat respicere
ad partem, cui illi, sive in ætate prima sive
cum succrescentibus annis, explendæ dantur
& nascuntur; exurgit undique, velut gaudendi,
dum supersunt ac enituntur ad magna; ita, cum
mortis præmatura fata subeunt, lugendi prolli-
xissima materies. O qvām arrident lusus pri-
muli, qvām item dulces blanditiæ, succedaneæ
ve aliaæ deliciæ, qvibus non raro Genitorum
curæ mollescunt. Qvorsum istud Ciceronis ex
parte trahi potest, qvod de Tullia sua scripsit
(*Fam. L. 4. Epist. 6.*): se curis externis fractum
domi habuisse in Filiâ qvò confugeret, ubi con-
qvisceret, cuius in sermone cum levitate o-
mnes curas doloresqve deponeret. Neqve e-
niam denegaverit qvispiam isthanc amabilita-
tem filii; iis in primis, de qvibus verissimum, qvod
non minus mores, qvām os vultumqve Patrum
referant aut referre incipient, totosqve ipsos
mir.

mira similitudine indies clarius exscribant (*Vide*
bac alias de Fundani filia scripta à Plinio L. 5.
Epist. 16.) O qvām movet superstes gloria, cu-
jus hæredes præsentissimos imò testes certissi-
mos amplectuntur, qvando filios sua seqvi ve-
stigia etiam è longinqvo vident Parentes. La-
boramus omnes, Senecæ effato', in titulum
sepulchri. At esto maximum hujus; esto ma-
ximum factorum scriptorumve ornementum.:
Hoc tamen singulare in filiis, feliciter æmulis ob-
tinet, qvod, ceu vivi factorum paternorum
interpretes, famæ nominisqve permansionem
efficacius procurent. O qvām excitat denique
stirpis & familiæ honor, qvi, superstite ad emi-
nentiora culmina aspirante filio, non minus su-
perstes manet, vigeatqve eò præstantius, qvò
major ubiqve emergendi conatus: Atque hinc
est, qvod possint Filii vere dici speculum & lux
oculorum paternorum (qvò titulō alias Iacob Clar.
Eugen. suam adpellavit Philippus II. R. H. vid. Ritters-
hus. in Exeg. p. 20.) charissima Parentum pars (conf.
Curt. L. 4. c. 9.) dulcia pignora, familiarum Deco-
ra, spes item progenerantium ac voluptas
summa (vid. qva Andromache loquatur ap. Senec.
Troad. v. 767). Hincqve etiam est, qvod maxi-
mo dolore afficiantur Parentes, qvando his ulti-
mum officium præstare jubentut, abs qvibus il-

z)

Si potius id expectabant (huc Apiani inscriptio,
quam Beneventi legit: Infelix fatum, prior debui
mori mater). Nolumus tamen hic ad eos de-
scendere, qui omni penè solamine se destitu-
tos exhibuere, cum filios deplorarent: quos
inter recensendus alias fortean esset Joh. Jov.
Pontanus, qui hanc Filioli sui sepulchro quere-
lam inscripsit: *Dies 50. non implesti fili, &*
breve natura specimen! *Eternus Parentum*
maror & Desiderium! Nec posset omitti im-
patientia exemplar Fredegunda Chilperici
conjux, de qua Gallica Historia (Autore Buffier.
L. 2. p. 113.) quod, quacunq; in pueri usum desi-
gnata essent, ex tela, lana aut serico, igne absumpse-
rit, argentea rasa & auri quod esset, conflaverit in
massam, ne quid sibi memoriam filii revocaret; in sano
luctu &c. Haud opus est, insignem concita-
ti ex filiorum morte mœroris vehementiam in-
his inquirere. Ipsa scriptura ejusdem meminit
lugentesque devastationem suam Israëlitas cum
lugentibus unicum filium confert (Jerem. VI.26.)
Hacque prævia sidiem hunc, diem luctus & mœ-
ritia nuncupemus, non de erit unde tristitia re-
ponatur solatium. Ut vero ante omnia pateat eò
magis dolendi causa, delineabimus paucis Histo-
riam vitæ & mortis Filioli nostri, cuius exeqvias
ut frequentetis hodie, hâc publicâ præscriptione
rogandi estis, CIVES honoratissimii, Lucem igitur

Anno

Anno MDC.LXXIX, Febr. Mense, ejusq; nona die, qvæ Dō
mifica post Epiphanias F. qvinta erat; & horā qvidem po-
meridianā secundā vīdit. Nimirum, qvi subitō ad Electorum
gloriam pervenire debēbat, ingressus mundum est, cum qvis E-
lectos deceat vestitus (ex Col. III. 12.) contemplaretur Eccle-
sia. Patrem habuit Virum Pl. Reverendum Amplissimumq; ve
DN. JOHANNEM NICOLĀM QVIRTORIUM, S.S. Theol.
Licent. longe dignissimum, & ad D. Nicolai Ecclesiast. facun-
dissimum, vigilanssimum; cujus præconio, sanè mellifluo,
uti devotè delectatur; ita eodem non minus, ac pietate in o-
mnibus conspicuā, qvam maxime imbutitur sacer DEO T.O.
T.M. cœtus. Matre verò gavisus fuit omni virtutum elegan-
tiæ ve decore nitidissima foemina, MARGARETA BERKO-
VIA; cui delitium ipse æq; ve at Venerando Patri, Filius utpote
unicus, extitit jucundissimum. Avum Paternum laudare di-
dicisset qvondam, si ulterius vixisset, Maximè Rev. Amplissi-
mum atq; ve Excellentissimum DN. JOHANNEM QVISTOR-
PIUM Theol. Doct. & Profess. Publ. Celebratiss. ad D. Jacob.
Pastorem, Facult. Theologicæ, Collegii Senatorii & R. Ministerii
Seniorem; Virum de officiis his, qveis functus est, omnibus meri-
tissimum; indeq; post mortem etiam perpetuò victurum.
Aviam Paternam vivam adhuc (conservet diu vivam Pater-
vitæ!) coluit Matronam Nobilissimam devotissimamq; SOPHI-
AM Scharffenbergs / ex SCHARFENBERGIANA GULI-
ANAq; , utrāq; prænobili, Familiā oriundam. Proavum verò
Paternum, uirā cum Avo Beatiss. , inter cœlestia jubila & plau-
sus nunquam interruptos, nunquam interrumpendos jam-
jam amplexatur, Virum Maximè Reverend. Magnificum & Ex-
cellentissimum DN. JOHANNEM QVISTORIUM, Doct.
qvoq; ve & Profess. Theol. Superintendentem & Pastorem Ma-
rianum, cujus laudes, cujus decentissima encomia ætas nulla
tacere poterit. Proayam deniq; Paternam, inter cœlites qvoq;
videt acceptissimus Pro Neps BARBARAM DÖMANS, dignis-

fi-

mam, cum viveret, tanto THEOLOGO conjugem. Hie ex Patris Pl. Reverendi linea nitor Filiolo erat Optimo. Nec deest linea Maternæ splendor suus. Maternus en. Avus fuit Nobiliss. atq; Consultiss. DN. DANIEL BERCKOW, Dicasterii Meklenb. & Civitatis Rostochiensis Proto Notarius dexterimus; Vir singulari fide ac promptitudine Inclutus; *vix ēt agnos*. Avia autem Materna, dulcissimi Nepotis iacturam nimis inopinam cum laudatissimis Parentibus deplorans, Nobiliss. est Honestissimaq; Matrona, CATHARINA, ex HAGEMEISTERIANA & BESELINIANA, utrāq; etiam Optimā, Familiā prognata. Maternus Proavus extitit serenissimi Principis ac DN. DN. ADOLPHI FRIDERICI, Ducis Meklenburgici &c. &c. qvondam Chirurgus, Vir artis suæ peritissimus, DN. JOHANNES BERCKOW; & Materna Proavia, castissima Fœmina, ELISABETHA MEIMERS. His Parentibus, his Majoribus ortum debet Filius beatiss.; cui ab utroq; Avo JOHANNIS DANIELIS nomen, cum sacri baptismatis undā tingeretur, datum, ut geminam in eō velut lætitiam concurrisse lætissimi ostenderent Genitores. Qui, qvā deinceps curā, qvāve fidelitate educaverint sobolem hanc charissimam, cui ingenua planè indoles in erat & ad omne bonum propensio frustra multis eloquı suscipieremus; cum tantum non ipsum melioris imo optimæ spei initium mors interceperit. Mors, qvæ nuper nono post quadriennium exactum die, 18. Febr. i. e. Qvinqvages. Dominicā, horā mat. VI. piis desudore Salvatoris N. sanguineo meditationibus sacrā, piam Patrisq; & Matris observantissimam dicatissimamq; Deo animam abs corpore avocavit. Qvæ causa mortis, qvis morbi status, ipsius DNI. Medici, VIRINOBILISS. atq; experientiss. DN. D. BERNHARDI BARNSTORFII, Amici N. honoratissimi verbis edisseremus: *Periculosisimus affectus Capitis, ex inopinato quodam, perque infantilem forte ludum eveniente, in terram lapsu prognatus, quem sanguinis ex ore & naribus profluvium, febris continua appetitus*

pro

prostratus; fastidium ciborum, & anxietates praecordiorum infesta
cuta fuere, intollerabilibus, circa frontem, doloribus tanta cum vebe-
mentia lectissimum optimumq; puerum, per aliquot septimanas ex-
cruciarvit, ut clausis licet oculis, in somnes tamen plerasque duce-
re noctes diesq;, levi subinde cum delirio, coactus fuerit. Quan-
tumvis vero ad hunc morbum depellendum varia tam internorum
quam externorum medicamentorum genera adornaverimus, sub-
indeque, in uno l. altero Symptome mitigationem persenser-
imus, optatum tamen effectum promittere nobis nunquam potuimus:
Remedias quippe, optimam in ejusmodi affectibus virtutem, polli-
centibus, ob nauseam, nec continuare, nec quicquam insuper ci-
borum, per integras quinque hebdomadas, assumere potuit; unde
factum, ut decrescentibus indies magis viribus, & super-
venientibus, novis symptomatibus, pustulis scil: in lingua & fauci-
bus erumpentibus, raucedine, asthmate, tussi sicca, ubi
continuo ast irrito tussiendi conatu universum corpus fatigabatur,
tumore sub hypochondrio sinistro, sudore frigido &c: in ipso fere pu-
eritia principio acerba ac immatura morte raptus, ultimum vite
diem clauerit; claueritq; insimul, quam recitare instituimus,
Historiam. Quid verò? nisi hoc, luctuosum. Quem tantò cum
gaudio exceperant natum, qvì possent nunc mortuum di-
mittere citra tristitiam moestissimi Parentes? Secessit dulce
post labores refrigerium: Amatissimi Patris imago: spes &
fulcrum familiæ. O adeste, CIVES honoratissimi, ut lacrulis
lacrumas addatis, ut vestro dolore dolorem PARENTUM ad-
juvetis, leniatis! Qvō aderitis freqventius eō certius futurum
est, qvōd optamus & adipreciamur omnes, lenimen. Nimirum;
qvem improbare nō potest qvisq; temperare meritò omnes
student luctū oppidò maximum. Dicimus igitur: Abiit qvidē a
Patre JOH. DANIEL, sed ad Patres imò ad Patrum Patrem; à
qvō omnis Paternitas & in qvō verè Filii sumus, verè hæredes,
bonorū omnium participes. Abiit primogenitæ sorori primo-
genitus Filius nunc æternum comes junctus. ut sic ad Deum
tende

renderent, quæ debentur Deo, primitiæ. Venit h. l. in mem-
tem Clotildis, Gallicæ Reginæ, cum primogenitum amisi-
set Filiolum, vox Regia: *Deo meo, inquit, gratias ago immortales,*
quod uteri mei partum illum primum, Diademati natum, spemq.
nostram dignatus sit ad regnum suum evehere longè isti nostro an-
teponendum. Non erat beatiss. noster ad Regnum aliquod terre-
num natus; dum interim ut primogenitus ad æternum evehitur,
benignitas Dei deprecanda, non adeò morti, licet inopinæ,
illacrumatum est. Noli flere: Hæc Christi excitatio cum Nai-
nitica unici Filii sui exeqvias curaret. Nec, alia hodiè insi-
nat; dum certi Parentes sunt, redditurū aliquando Deum; quod
traxit ad se pignus, longeque excellentius redditurum. Inter-
im satius est ereptum esse, anteqvam alti⁹ terrena conciperet.
Quriminus traxerunt, inquit seneca, fecis ponderisqve, leviores
ad originem suam revolant. Ne allegemus eorum exempla, qvi,
cum Filios perdidissent adolescentes, maluerunt sub puerorum
imagine præsentatos sibi exhiberi, qvò minore luctu ac dolore,
qvties respicerent, afficerentur. Nec enim nunc dici possunt o-
mnia; nec plura afferre opus est; cum, suō qyoniam in reliqvis
tenus hæc suis Auditorib⁹ præivit exemplo laudabili, sit Patien-
tiæ quoq; egregium specimen iisdem commonistratus vene-
rabilis, B. JOHANNIS DANIELIS, Parens. Proin, qvi brevispa-
tio vitæ curriculum consecit, ad ejus Exeqvias intimandas bre-
via quoq; præfari decuit. Vos interim, CIVES Honoratissimi, fa-
cietis ut prolixo nihilo minus comitatu adesse possimus. Proce-
demus ex Templo Nicolaitano, in qvō ut frequentissimi com-
parere, & tam Excellentium Theologorum Pro Nepoti, Ne-
potii, Filio, ultimum honorem exhibere propensissimi velitis,
iterum iterumq; rogitamus. P. P. Ipsa Exeqvi-
arum die, XXIII. Februar. Anno
MDC. LXXXIII.



prostratus; fastidium ciborum, & anx-
 iuta fuere, intollerabilibus, circa frontem
 mentia lectissimum optimumq; puerum,
 cruciavit, ut clausis licet oculis, in som-
 re nocte diesq; levi subinde cum deliri-
 tumbis vero ad hunc morbum depellendi
 quam externorum medicamentorum ge-
 indeque, in uno l. altero Symptomate-
 mus, optatum tamen effectum promittere.
 Remedia quippe, optimam in ejusmodi
 centibus, ob nauseam, nec continuare,
 borum, per integras quinque hebdoma-
 factum, ut decrescentibus indies ma-
 venientibus, novis symptomatisbus, pustu-
 bus erumpentibus, raucedine, a
 continuo astirrito tussendi conatu univ-
 rumore sub hypochondrio sinistro, sudore
 eritie principio acerba ac immatura m-
 diem clauerit; claueritq; insimul, q
 Historiam. Quid verò? nisi hoc, luctu
 gaudio exceperant natum, qvì posse
 mittere citra tristitiam moestissimi P
 post labores refrigerium: Amatissim
 fulcrum familiæ. O adeste, CIVES ho-
 lacrumas addatis, ut vestro dolore do-
 juvetis, leniatis! Qvò aderitis frequer-
 est, qvod optamus & adprecamur omn
 quem improbare nō potest qvisqvā, te-
 student luctū oppidò maximum. Dicir
 Patre JOH. DANIEL, sed ad Patres in
 qvò omnis Paternitas & in qvò verè F
 bonorū omnium participes. Abiit pri-
 genitus Filius nunc æternum comes



diorum inse-
 nta cum vehe-
 optimanas ex-
 rasque duce-
 rit. Quan-
 n internorum
 verimus, sub-
 persensi-
 impotuimus:
 ritutem, pollu-
 insuper ci-
 e potuit; unde
 , & super-
 gva & fauci-
 sicca, ubi
 fatigabatur,
 ipso fere pu-
 ltimum vite
 instituimus,
 tanto cum
 ortuum di-
 recessit dulce
 go: spes &
 ut lacrimis
 ENTUMad-
 us futurum
 . Nimirum;
 eritò omnes
 abiit qvidē a
 n Patrem; à
 èrè hæredes,
 roriprimo-
 fic ad Deum
 , tende

292

Patch Reference Chart TE263

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [REDACTED]